

80

112274

辣 丁 文 津
ADJUMENTA

PRO

ALUMNIS STUDENTIBUS

LINGUÆ LATINÆ



CHANG-HAI

EX TYPOGRAPHIA MISSIONIS CATHOLICÆ

IN ORPHANOTROPHIO T'OU-SÈ-WÈ




1911.

MG
H771.4
8

SYNTAXIS MINOR

造句淺法



1. Adjectivum nomen concordat cum suo substantivo in genere, numero et casu.	1. 繫字與實字同類, 同數, 同座, 如
--	-----------------------

Exempli gratia :	Vir bonus.	善士
	Aqua frigida.	冷水
	Templum magnum.	大殿

2. Quando duo sunt nomina substantiva, unum, quod indicat possessorem alterius, ponitur in genitivo.	2. 凡實字有二, 其一指物主者, 列於物主座, 如
--	----------------------------

Ex. gr.	Mater Dei.	天主之母
	Epistola amici mei.	我友之函
	Equus patris tui.	爾父之馬

3. Subjectum est terminus a quo procedit actio.	3. 凡詞, 表行之所自發者, 曰起詞,
4. Verbum est vox, quæ exprimit subjecti actionem.	4. 凡詞, 敷陳起詞之行者, 曰動詞,
5. Regimen est terminus quem pervenit actio.	5. 凡詞, 表行之所及者, 曰止詞,
Verbi gratia: Deus creavit hominem. Deus est subjectum; creavit, verbum; hominem, regimen.	譬如天主造人, 天主起詞也, 造動詞也, 人止詞也,



3 2168 9758 1

6. **Subiectum verbi personalis finiti modi ponitur in nominativo.** Verbum concordat cum subjecto in numero ac persona.

6. 定位動字之起詞，列於主名座，動字與起詞，同數同位，如

Ex. gr. Ego fleo. 我哭, Tu rides. 爾笑
Nos sedemus. 我儕坐, Vos ambulatis. 爾輩走,
Gallus cantat. 雞鳴, Aves volant. 鳥飛,

7. **Verbum activum seu transitivum exprimit actionem transeuntem ab agente ad patientem.**

7. 施動字，或作外動字，表行由作者出而及於受者也，

8. **Regimen directum verbi activi ponitur in accusativo.**

8. 施動字之逕直止詞，列於向界座，如

Ex. gr. Rex gubernat populum. 君王治民
Poeta facit versus. 詩人作詩
Alumni legunt libros. 學生閱書
Agricolæ colunt agros. 農夫耕田

9. **Regimen indirectum verbi activi solet poni in dativo.**

9. 施動字之委曲止詞，往往置於給與座，如

Ex. gr. Do pecuniam pauperi. 我給錢於貧人,
Reddo equum patri tuo. 我還馬於爾父,
Scripsi litteras magistro meo. 我致書於我師,

10. **Quædam verba activa, præter accusativum, post se postulant etiam ablativum.**

10. 有若干施動字後，除向界座外，尚需以字座也，如

Ex. gr. Impleo dolium vino.	我以酒實桶、
Paulus induit se veste.	保祿以衣章身、
Cingitis urbem mœnibus.	爾輩以牆圍城、

11. Quædam verba activa, præter accusativum, regunt etiam ablativum cum præpositione a vel ab.	11. 有若干施動字,除向界座外,尙司以字座,而用前字 a 或 ab 者,如
--	--

Ex.gr.Peto a te auxilium.	我求助佑於爾、
Accepi litteras ab amico meo.	接得書札於我友、
Exigis a me pecuniam.	汝索銀錢於我、

12. Verbum passivum exprimit actionem receptam a subjecto. Patiens fit subjectum, agens vero regimen.	12. 受動字者,表起詞所受之行,於是受者變爲起詞,而作者變爲止詞也、
---	-------------------------------------

13. Regimen verbi passivi ponitur in ablativo cum præpositione a vel ab.	13. 受動字之止詞,列於以字座,而以前字 a 或 ab 先之,如
--	-----------------------------------

Ex. gr. Homo creatus est a Deo.	人爲天主所造、
Filius amatur a patre.	子見愛於父、
Ovis devoratur a lupo.	羊被狼吞食、

14. Verbum neutrum seu intransitivum exprimit actionem manentem in ipso agente.	14. 自動字,或作內動字者,表行仍留於作者之內也,如
---	-----------------------------

Ex. gr. Ego sedeo.	我坐	Leo rugit.	獅吼
Tu stas.	爾立	Canis latrat.	狗吠
Ille dormit.	彼睡	Equus currit,	馬奔

15. *Multa verba neutra possunt etiam habere regimen.* 15. 自動字可有止詞者，亦復不少。

16. *Quaedam verba neutra post se postulant dativum.* 16. 有若干自動字之後，須有給與座者，如

Ex. gr. *Studemus litteris latinis.* 我輩讀拉丁文，
Obedio patri meo. 我聽我父命
Famulus servit domino suo. 役夫事其主，

17. *Nonnulla verba neutra regunt ablativum.* 17. 有若干自動字司以字座者，如

Ex. gr. *Amicus meus abundat divitiis.* 我友多於貨財，
Pauperes laborant fame et frigore. 貧人困於飢寒，
Infans indiget nutrice. 孩童需乳母，

17. *Verbum deponens dicitur, quod deponit syllabam finalem o et usurpat verbi passivi finalem syllabam or; significationem autem verbi activi vel neutrius habet.* 18. 冒受動字者，言其尾音舍 *o* 不用，而冒用受動字之尾音 *or*，其義則施動與自動皆有，如

Verba deponentia activa. 冒受施動字

Ex. gr. *Imitor Sanctos.* 我則效聖人，
Pater tuetur suam filium. 父扞衛其子，
Milites sequuntur ducem. 軍士從將帥，
Verba deponentia neutra. 冒受自動字
Cras proficiscemur. 我等明日起程，
Frater meus mortuus est. 我兄逝世，
Tibi gratulor. 我慶賀爾，

19. Quodvis verbum admittit præpositionem cum suo casu. | 19. 凡動字均可加前字、及前字所司之座、如

Ex. gr. Fui in templo. | 我曾在堂中、
Ambulo per urbem. | 我在城內行走、
Petrus ad me venit. | 伯多祿來就我、

20. Prædicatum ponitur in eodem casu ac subjectum. | 20. 表詞與起詞、列於同座、如

Ex. gr. Cælum est altum. | 天高也、
Nix est alba. | 雪白也、
Anima est immortalis. | 靈魂不死、
Senectus ipsa est morbus. | 年老卽病也、

21. Verbum infinitivi modi postulat ante se accusativum, qui vicem gerit subjecti. | 21. 渾言動字前、須有向界座以代作起詞、如

Ex. gr. Gaudeo te bene valere. | 我喜爾康健、
Doleo parentes tuos ægrotare. | 我憂汝父母之疾、
Audio te accepisse litteras patris mei. | 我聞汝已接我父之函、

22. Omne verbum et multa nomina adjectiva possunt habere dativum, cui commodum vel damnum attribuitur. | 22. 凡動字及多繫字、可有給與座者、以表利害之所歸也、如

Ex. gr. Senes non sibi, sed filiis aut nepotibus arbores serunt. 老夫種樹,非自爲計,實爲子孫計也、
Iste homo fuit perniciosus reipublicæ. 斯人有害於國家、
Laboras aliis, mihi soli es otiosus. 汝爲他人肯勞,爲我獨閒、

23. Cuilibet verbo potest addi *ablativus significans pretium, vel instrumentum, vel causam, vel modum, vel partem.* 23. 凡動字可加以字座者,以表價值,或表器具,或表緣由,或表情狀,或表區分也,如

Ex. gr. Emi istum equum centum patacis. 我購此馬,價銀百元、
Scribo calamo. 我以筆繕寫、
Servus tuus interiit fame. 爾僕餓死、
Sapiens æquissimo animo moritur. 君子死也,心甚平安、
Doleo capite. 我痛頭、


24. Tempus *accusativo* effertur, si quæstio fiat per *quamdiu*. Tempus *ablativo* effertur, si quæstio fiat per *quando*. 24. 凡時,若言幾何時者,用向界座,若言於何時者,用以字座,如

Ex. gr. Frater meus natus est viginti annos. 我兄行年二十、
Ambulavi duas horas. 我行走兩點鐘、
Media nocte venit fur. 夜半賊來、
Avus meus mortuus est anno elapso. 去年我祖逝世、

25. Relativum qui, quæ, quod, concordat cum antecedente in genere et numero. | 25. 指願代字 qui, quæ, quod, 與上文相關之字, 同類同數, 如

Ex. gr. Puer, quem amabam, scripsit mihi litteras. | 我所愛之童, 致書於我,
Comedimus fructus, quos emisti. | 我輩食汝所買之菓,
Accepi tuas litteras, quæ mihi jucundissimæ fuerunt. | 接閱手書, 不勝欣慰、

QUÆSTIONES GRAMMATICÆ.



1. Quomodo adjectivum nomen concordat cum suo substantivo ?
2. Quando duo sunt nomina substantiva, quodnam ponitur in genitivo ?
3. Quid est subjectum ?
4. Quid est verbum ?
5. Quid est regimen ?
6. In quo casu ponitur subjectum verbi personalis finiti modi?—Quomodo concordat verbum cum subjecto?
7. Quid exprimit verbum activum ?
8. In quo casu ponitur regimen directum verbi activi ?
9. In quo casu ponitur regimen indirectum verbi activi ?
10. Suntne verba activa, quæ postulant post se ablativum præter accusativum ?

11. Suntne verba activa, quæ, præter accusativum, regunt etiam ablativum cum præpositione *a* vel *ab* ?
12. Quid exprimit verbum passivum ?
13. In quo casu ponitur regimen verbi passivi ?
14. Quid exprimit verbum neutrum ?
15. An verba neutra possunt etiam habere regimen ?
16. Suntne verba neutra, quæ post se postulant dativum ?
17. Suntne verba neutra, quæ regunt ablativum ?
18. Quid est verbum deponens ? quam significationem habet ?
19. Num quodvis verbum admittit præpositionem cum suo casu ?
20. In quo casu ponitur prædicatum ?
21. Quem casum postulat ante se verbum infinitivi modi ?
22. An omne verbum et multa nomina adjectiva possunt habere dativum commodi vel damni ?
23. Utrum cuilibet verbo potest addi ablativus pretii, vel instrumenti, vel causæ, vel modi, vel partis ?
24. Quo casu effertur tempus, si quæstio fiat per *quandiu* ? Quo casu effertur tempus, si quæstio fiat per *quando* ?
25. Quomodo concordat relativum *qui*, *quæ*, *quod*, cum antecedente ?

TERMINI GRAMMATICI

文 範 名 詞



Litteræ	字 母
— vocales	正 音 字 母
— consonantes	輔 音 字 母
Alphabetum	字 母 表
Syllaba	字 音
Diphthongus	合 音
Dictio seu vocabulum	字
Monosyllabum	單 音 字
Disyllabum	二 音 字
Trisyllabum	三 音 字
Polysyllabum	多 音 字
Phrasis	句
Nomen	名 字
— substantivum	實 名 字、省 曰 實 字(即 自 立 名)
— appellativum vel com- mune	公 名
— proprium	本 名
— collectivum	包 舉 名(或 稱 羣 名)
— adjectivum	繫 字 名、省 曰 繫 字(即 依 賴 名)
— — qualificativum	辨 類 繫 字
— — positivum	平 等 繫 字

— — comparativum	比等繫字
— — superlativum	極等繫字
— — numerale	數目繫字
— — cardinale	樞數繫字
— — ordinale	序數繫字
Declinatio	變法
Genus	類
— masculinum	陽類
— femininum	陰類
— neutrum	無類
Numerus	數
— singularis	單數
— pluralis	多數
Casus	座(或種爻又稱格)
— nominativus	主名座(即第一座)
— genitivus	物主座(即第二座)
— dativus	給與座(即第三座)
— accusativus	向界座(即第四座)
— vocativus	呼名座(即第五座)
— ablativus	以字座(即第六座)
Pronomen	代名、字、省、曰、代、字
— personale	定位代字
— demonstrativum	指陳代字
— relativum	指顧代字
— interrogativum	詰問代字
Verbum	動字(即華文活字)
— substantivum.	自立動字
— activum	施動字
— passivum	受動字
— neutrum	自動字
— deponens	冒受動字


— — activum	冒受施動字
— — neutrum	冒受自動字
— commune	通解動字
— anomalum	違格動字
— defectivum	闕文動字
— impersonale	單位動字
Conjugatio	配法(又名配合法)
Persona	位
Tempus	時
— praesens	現在時,省曰現時
— praeteritum imperfectum	方過時,省曰方時
— — perfectum	往過時,省曰往時
— — plusquam perfectum	先過時
— futurum	將來時,省曰將時
— — perfectum	先將時
Tempora primitiva	原時
— derivata	沿時
Modus	狀
— indicativus	直陳狀
— imperativus	諭令狀
— conjunctivus vel subjunctivus	曲陳狀
— infinitivus	渾言狀
Gerundia	動座
Supinum	動名(亦稱動時,即原時之一)
Participium	兼字
Præpositio	前字
Adverbium	襯貼字
Conjunctio	承接字
Interjectio	歎字

Propositio	陳辭
Subjectum	起詞(又名主詞)
Verbum	動詞
Regimen	止詞
— directum	逕直止詞
— indirectum	委曲止詞
Prædicatum <i>vel</i> attributum	表詞



SELECTA EVANGELICA

新經約選



I. SALUTATIO ANGELICA. (*Luc. 1.*)

1. Missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David; et nomen virginis Maria.

2. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave, gratia plena: Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus.

I. 天神拜謁

1. 天神嘉彼額爾、奉天主使、至加里肋下邑、名納匝肋、詣一貞女、已字達未族男子、名若瑟者、貞女名瑪利亞、

2. 天神入室、謂曰、亞物、滿被聖寵者、主與爾偕焉、女中爾為讚美、

II. CANTICUM BEATÆ MARIÆ VIRGINIS. (*Luc. 1.*)

3. Magnificat anima mea Dominum.

4. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

5. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

6. Quia fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.

7. Et misericordia ejus a progenie in progenies
timentibus eum.

II. 聖母歌

3. 我靈頌揚主、 4. 我神悅救我之天主、
5. 因其顧己婢之微、今而後萬世謂予福矣、
6. 蓋全能者行大舉於我、厥名聿聖、 7. 施惠
於懼之者、迄於世世、

III.

8. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit super-
bos mente cordis sui.

9. Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles.

10. Esurientes implevit bonis, et divites dimisit
inanes,

11. Suscepit Israel puerum suum, recordatus mise-
ricordiæ suæ.

12. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham
et semini ejus in sæcula.

III.

8. 舉臂顯能、壓斥心傲、 9. 黜貴宦於高
位、擢撝謙之儔、 10. 飢虛者福以實之、豐富者
乏而遣之、 11. 提其僕義臘爾、回憶其慈、 12.
如許亞巴郎暨世世子孫、而已告我先祖者、

IV. CHRISTI FUGA IN ÆGYPTUM. (Matth. 2.)

13. Angelus Domini apparuit in somnis Joseph,
dicens: Surge, et accipe puerum et matrem ejus, et
fuge in Ægyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi.
Futurum est enim ut Herodes quærat puerum ad per-
dendum eum.

14. Qui consurgens accepit puerum et matrem ejus nocte, et secessit in Ægyptum; et erat ibi usque ad obitum Herodis, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.

IV. 耶穌逃往厄日多

13. 上主天神夢見於若瑟曰、起、携嬰及其母、逃避厄日多、居於彼、俟予報汝、以黑落德將捕嬰而害之也、

14. 若瑟起、夜携嬰及母、避厄日多、居彼、至黑落德薨逝、用驗先知代主言曰、召我子自厄日多回、

V. OCTO BEATITUDINES. (Matth. 5.)

15. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

16. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

17. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

18. Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

19. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

20. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

21. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.

22. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

V. 眞福八端

15. 神貧者福、以其得天國也、 16. 良善者福、緣將得土也、(土謂安土、卽天堂也、) 17. 涕泣者

福、因將受慰也、18. 嗜義如飢渴者福、因將飽
飮也、19. 哀矜者福、將受哀矜故也、20. 心淨
者福、將覩天主故也、21. 致和者福、緣將稱天
主子也、22. 爲義被難者福、以天國爲若輩有
也、

VI. ORATIO DOMINICA. (*Matth. 6.*)

23. Pater noster qui es in cœlis; sanctificetur no-
men tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua
sicut in cœlo et in terra.

24. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.
Sed libera nos a malo. Amen.

VI. 天主經

23. 在天我等父者、我等願爾名見聖、爾國
臨格、爾旨承行於地如於天焉、

24. 我等望爾今日與我我日用糧、而免我
債、如我亦免負我債者、又不我許陷於誘惑、乃
救我於兇惡、亞孟、

VII. TEMPESTAS SEDATA. (*Matth 8.*)

25. Ascendente Jesu in naviculam, secuti sunt eum
discipuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari,
ita ut navicula operiretur fluctibus; ipse vero dormiebat.

26. Et accesserunt ad eum discipuli ejus, et susci-
taverunt eum, dicentes: Domine, salva nos, perimus.
Et dicit eis Jesus: Quid timidi estis, modicæ fidei? Tunc
surgens, imperavit ventis et mari; et facta est tranquil-
litas magna.

VII. 止風浪

25. 耶穌登小舟、門弟子從之、海中大風作、舟爲浪蔽、耶穌睡、

26. 門弟子至前醒之曰、主救我、行將亡矣、耶穌曰、寡信哉、何憂懼爲、遂起、斥風與海、頓卽、平息、

VIII. MATTHÆI VOCATIO. (*Matth. 9.*)

27. Vidit Jesus hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbant cum Jesu et discipulis ejus.

28. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat Magister vester? At Jesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos. sed peccatores.

VIII. 召瑪竇

27. 耶穌見一人坐稅關、名瑪竇、謂之曰、從予、渠卽起而從、迨耶穌讌於其家、有稅吏罪人頗衆、與耶穌同席、門徒亦與、

28. 法利叟見之、謂徒曰、何爾師與稅吏罪人同食也、耶穌聞之曰、健者不需醫、惟病者需之、夫所謂余喜慈仁、不喜祭祀者、(此天主語)爾往考之、究何意乎、予不來招義人、惟招罪人、

IX. MARTHA ET SOROR EJUS. (*Luc. 10.*)

29. Jesus intravit in quoddam castellum; et mulier quædam, Martha nomine, excepit illum in domum suam.

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius.

30 Martha autem satagebat circa frequens ministerium; quæ stetit, et ait: Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi ut me adjuvet.

31. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

IX. 瑪爾大姊妹

29. 耶穌入一村,有女名瑪爾大,納之入於其家,其妹名瑪利亞,坐主足旁,聆其訓、

30. 瑪爾大栗碌作瑣事,立耶穌前曰,妹任我一人供役,主未介意耶,請命其助我、

31. 主應曰,瑪爾大,瑪爾大,爾實過慮,多所倉皇,要需一而已矣,瑪利亞擇最美之分,不可奪也、

X. CHRISTI BENEDICTIO SUPER PARVULOS.

(*Marc. 10.*)

32. Quidam offerebant Jesu parvulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Jesus, indigne tulit, et ait illis: Sinite parvulos venire ad me, et ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei.

33. Amen, dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut parvulus, non intrabit in illud. Et complexans eos et imponens manus super illos, benedicebat eos.

X. 耶 穌 祝 福 孩 童

32. 有人携孩至、欲耶穌撫之、門徒斥携者、耶穌見之、不悅曰、容孩近我、勿阻、天主國適如是人得也、

33. 我誠告汝、承天主國不若孩童、弗克入、遂抱孩接手祝之、

XI. VENDITORES E TEMPLO EJECTI (*Matth. 11.*)

34. Quum Jesus introisset in templum, cœpit ejicere vendentes et ementes in templo; et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit.

35. Et non sinebat ut quisquam transferret vas per templum; et docebat dicens eis: Nonne scriptum est: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

XI. 逐 賣 物 者 出 殿

34. 耶穌入聖殿、逐貿易於殿庭者、傾兌錢之几、覆鬻鴿之架、

35. 禁人携什具過殿庭、訓衆曰、經不紀乎、我室萬民稱祈禱室焉、爾以爲盜窟矣、

XII. JUGUM CHRISTI (*Matth. 11.*)

36. Dixit Jesus: Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam vos.

37. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

XII. 耶 穌 之 軛

36. 耶 穌 曰、服 勞 負 重 之 人、咸 來 就 我、我 將 撫 慰 汝 焉、

37. 負 我 軛、且 學 我、因 我 良 善 心 謙 焉、汝 將 神 魂 安 泰、以 我 軛 易、我 任 輕 也、

XIII. PARABOLA DE JUDICE INIQUITATIS. (*Luc. 18.*)

38. Dixit Jesus : Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, et hominem non reverebatur. Vidua autem quædam erat in civitate illa, et veniebat ad eum, dicens: Vindica me de adversario meo.

39. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se : *Etsi Deum non timeo, nec hominem revereor* : tamen, quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in novissimo veniens sugillet me.

XIII. 奸 司 喻

38. 耶 穌 曰、邑 有 判 司、不 畏 天 主、弗 顧 人 情、邑 中 一 嫠 婦、來 訴、請 復 仇、(猶 言 伸 理)

39. 判 司 久 不 准、既 而 忖 度 曰、予 雖 弗 畏 天 主、弗 顧 人、然 此 嫠 婦 煩 瀆、將 雪 其 冤 而 免 其 恒 來 擾 我、

XIV. CHRISTI TRANSFIGURATIO. (*Matth. 17.*)

40. Assumit Jesus Petrum, et Jacobum, et Joannem fratrem ejus, et ducit illos in montem excelsum seorsum. Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.

41. Et ecce apparuerunt illis Moyses et Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dicit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula: tibi unum, Moysi unum, et Eliæ unum.

XIV. 耶穌顯聖容

40. 耶穌携伯多祿雅各伯及其弟若望、潛陟高山、當若輩前變容貌、面輝耀如日、衣白如雪、

41. 梅瑟厄利亞見、與之語、伯多祿謂耶穌曰、主、我儕居此善焉、如欲之、願建三幕、一爲爾、一爲梅瑟、一爲厄利亞、

XV.

42. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde.

43. Et accessit Jesus, et tetigit eos, dixitque eis: Surgite et nolite timere. Levantes autem oculos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat.

XV.

42. 言未竟、彩雲覆之、雲中有聲曰、此乃我鍾愛子、快我意者、汝其聽之、徒聞之、俯伏於地、驚甚、

43. 耶穌至、掣之曰、起、勿懼、徒舉目望、惟見耶穌、不見他人、方下山、耶穌諭曰、人子未復活、勿以所見告人、

XVI. DUO FILII ZEBEDÆI. (*Matth. 20.*)

44. Accessit ad Jesum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans et petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram in regno tuo.

45. Respondens autem Jesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. Ait illi: Calicem quidem meum bibetis; sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo.

XVI. 宰培德二子

44. 宰培德二子之母,至耶穌前,率子跪而請,耶穌曰,爾何欲,曰,請命我二子,在爾國,一坐爾右,一坐爾左、

45. 耶穌應曰,汝曹不知所求,我飲之爵,汝能飲否,對曰能,曰,爾固飲我爵也,然坐我右,坐我左,非我賜汝,惟賜我父備以待者、

XVII. EUCHARISTIÆ INSTITUTIO (*Matth. 26.*)

46. Vespere facto, discumbebat Jesus cum duodecim discipulis suis. Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit ac fregit, deditque illis, dicens: Accipite et comedite: hoc est corpus meum.

47. Et accipiens calicem, gratias egit, et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

XVII. 建定聖體

46. 及暮,耶穌率十二徒登席,食間,耶穌取

餅、祝而剖之、授徒曰、此乃我體、受而食哉、

47. 復取爵謝主、授徒曰、汝咸飲之、此乃我新約之血、將爲衆人流注以赦罪者、

XVIII. AMICI CHRISTI. (*Joan. 15.*)

48. Dixit Jesus discipulis suis: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus ejus.

49. Vos autem dixi amicos. quia omnia quæcumque audivi a Patre meo. nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, et posui vos; ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat.

XVIII. 耶穌之友

48. 耶穌謂門弟子曰、汝若行我命、斯爲我友、此後不以僕稱汝、僕不知主所爲也、

49. 我以友稱汝、因凡予聞於父者、皆已示汝矣、非爾選我、我實選爾、派爾去結實、而實恒存焉、(使人得常生)

XIX. BONUS LATRO. (*Luc. 23.*)

50. Unus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat Jesum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac te ipsum et nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es.

51. Et nos quidem juste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

XIX. 善盜

50. 在架之一盜詈耶穌曰、倘汝爲基利斯督、請自救、亦救我、又一盜責曰、爾同受刑、猶不畏天主乎、

51. 我儕受刑、稱我所爲、宜也、此人則未爲惡、乃謂耶穌曰、主入爾國、請憶我、耶穌曰、我確語汝、今日爾與我同在福域、

XX. ECCE MATER TUA. (*Joan. 19.*)

52. Stabant juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus, Maria Cleophæ, et Maria Magdalené.

53. Cum vidisset ergo Jesus matrem et discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

XX. 爾母在茲

52. 立架旁者、有耶穌之母、其妹瑪利亞、卽格老發妻、又有瑪利亞瑪達肋納、

53. 耶穌見母與愛徒侍側、謂母曰、女子、此爾子也、旋謂斯徒曰、此爾母也、自是徒奉之於已舍、

